

IJ.

Confirmation par Colard d'Houdencourt, dit Froissart, de la donation que Raoul de la Chenni, chevalier, fit de 12 sous parisis de rente au prieuré de Saint-Leu-d'Esserent.

Mai 1250.

Ego Colardus de Houdencort, dictus Froissart, notum facio universis presentibus et futuris quod dominus Radulfus de Lacheni (1) miles, assensu et voluntate mea, pro remedio anime sue et antecessorum suorum, dedit et concessit conventui Ecclesie sancti Lupi de Esceren in perpetuam elemosinam *duodecim solidos annui census*, quos habebat apud Houdencort in censu meo de festo sancti Martini hiemalis; et quod dicta elemosina movet de feodo meo, ad petitionem dicti R. militis, sigillum meum cum suo sigillo presentibus litteris apposui, et conventui dicte sancti Lupi Ecclesie tradidi ad testimonium et munimen. Actum anno Domini M^o CC^o quinquagesimo, mense mayo.

Original en parchemin, dépourvu de sceau, haut de 0,13 c.; large de 0,09 c.—*Arch. de l'Oise, fonds de Saint-Leu-d'Esserent.*

IK.

Le Pape Innocent IV donne à l'abbé de Saint-Remy de Reims pouvoir d'excommunier les prieurs de Fresnoy et d'Houdencourt et le maire de Fresnoy, pour outrages commis par eux envers Pierre, religieux de Compiègne.

23 Mai 1251.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Abbatu sancti Remigii Remensis, salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Lassigny, chef-lieu de canton, Oise; ou le Quesnoy, hameau de Chevrières.

Sua nobis dilecti filii Abbas et conventus monasterii Compendiense, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, conquestione monstrarunt quod de Fraxineto (1) et de Houdencourt priores ac major (2) de Fraxineto et Albericus, dictus Poictevins, laici Belvacensis diocesis, associatis sibi quibusdam perditionis filiis, in Petrum ipsius monasterii monachum, armata manu temere irruentes, ipsius Dei timore postposito, ausu sacrilego, tentantes turpiter, non sine injectione manuum violenta, ipsum, ut dicti prioris de Fraxineto in omnibus et per omnia voluntati pareret, coegerunt promittere per vim et metum, qui cadere poterat in constitutione. Quocirca discretioni tue, per apostolica scripta, mandamus quatenus, si est ita, dictos sacrilegos tandiu excommunicatos publice denunties, et facias ab omnibus arctius evitari, donec super hoc satisfactionem exhibuerint competentem, et cum tuarum litterarum testimonio ad sedem venerint apostolicam absolvendi. Priores vero per te absolutionis beneficium consequantur, non obstante, si eis quod excommunicari, suspendi, vel interdicti non valeant, a sede apostolica sit indultum.

Datum Perusii X^o Kalend. junii, pontificatus nostri anno nono (1251).

Arch. Nat. Cartul. de l'abbaye royale et impériale de Saint-Corneille de Compiègne, Sect. hist. LL 1623. ch. XCIV, p. 136.

II.

Confirmation par Philippe d'Houdencourt, chevalier, des donations que firent Raoul de Lachenniet Jehan de Grisvillers au couvent de Saint-Leu-d'Esserent.

Avril 1284.

Carta domini Radulphi de Lachenni de XII s. parisis percipiendis in die sancti Martini de yver et carta domini Johannis

(1) Le Grand-Fresnoy, canton d'Estrées-Saint-Denis.

(2) Le maire féodal était une sorte d'intendant préposé au recouvrement des taxes, cens et autres revenus du seigneur. Comme officier de justice il avait la charge de faire les ajournements, de saisir les malfaiteurs et de lever les amendes.